



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

**Sup benedictus añ.** **Domis**  
nubem ascensum tuum domi  
ne qui ambulat sup pennas  
ventorū alla alla. **Sup mag.**  
**añ.** Dñe si in tempore hoc vt  
supra feria sexta. **Ecetera vt s̄**  
**Feria quarta ad matut. In**  
**uitato. añ. ps. p̄. sicut in die a**  
**scensionis Lectio Prima.**

**A**quidem super seruos  
meos et ancillas meas in  
diebus illis effundam de spiri  
tu meo et prophetabunt et da  
bo prodigia in celo sursum: et  
signa in terra deorsum sangui  
nem et ignem et vaporem furui.  
Sol conuertetur in tenebras  
et luna in sanguinem antequā  
veniat dies dñi magnus et ma  
nifestus. Et omnis quicumque in  
uocauerit nomen dñi saluus erit  
**Lu. R. Omnis pulchritudo.**

**U**iri israelite vt supra. **Le. ij.**  
audite verba hec: Iesū nazare  
num virum approbatum a deo in  
vobis virtutibus et prodigijs  
et signis que fecit deus per illū  
in medio vestri sicut scitis hūc  
definito consilio et prescientia  
dei traditum per manus iniquas  
affigentes interemistis. Quos  
deus suscitauit solutis dolori  
bus inferni iuxta quod impos  
sibile erat teneri illum ab eo.  
**Lu. R. Non conturbet cor**  
**vestrum vt supra. Lectio. iij.**  
**D**avid enim dicit in eum Pro  
uidebam dominum in conspectu

meo semper quoniam a dextris  
est mihi ne commouear Propter  
hoc letatum est cor meum et ex  
ultauit lingua mea insup et ca  
ro mea requiescet in spe. Quoniam  
non derelinques animam me  
am in inferno: nec dabis scilicet  
tuum videre corruptionem. No  
tas mihi fecisti vias vite res  
plebis me iocunditate eius fa  
cie tua **Lu. R. Exaltare dñe**  
**vt s̄. Sup bñdic. añ.** Paces  
meam do vobis al. pacem relin  
quo vobis al. **Sup mag. añ.**  
**Illi autem perfecti. vt s̄ dñica.**

**Feria quinta ad matut. In**  
**uitato. añ. ps. p̄. vt s̄. feria vi.**

**T**ri fratres liceat **Le. l.**  
audere dicere ad vos et  
patriarcha dauid quoniam defunctus  
est et sepultus est et sepulchrum  
eius est apud nos vsque in ho  
diernum diem. propheta igitur  
cum esset et sciret quia iureiur  
ando iurasset illi deus de frus  
ctu lumbi eius sedere super sedem  
eius prouidens locutus est de  
resurrectione christi quia neque  
derelictus est in inferno: neque  
caro eius vidit corruptionem.  
Hunc iesū resuscitauit deus:  
cuius omnes nos testes sumus.  
**Lu. R. Exaltare dñe vt sup**  
**D**extera igitur **Lectio scda.**  
dei exaltatus et promissione spi  
ritus sancti accepta a patre ef  
fudit hoc donum quod vos vis  
detis vel auditis. Non enim